



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

11. De tribus mortuis per inuocationem sancti Stephani Prothomartyris
resuscitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

q; à se turbida indignatione submouit. Visum
 est genero eius vt iret ad memoriã sancti Ste-
 phani, & illic pro eo quantum posset, oraret,
 vt Deus illi daret mentem bonam, qua crede-
 re non differret in Christum. Fecit hoc ingen-
 ti gemitu & fletu, & synceriter ardente pieta-
 tis affectu: deinde abscedens aliquid de altari
 florum, quod occurrit, tulit: ei que cum iam
 nox esset, ad caput posuit. Tunc dormitum est:
 & ecce ante diluculum clamat, vt ad Episco-
 pum curreretur, qui mecum fortè tunc erat a-
 pud Hipponem. Cum verò audisset eum ab-
 sentem, venire presbyteros postulauit. Vene-
 runt, & statim se credere dixit: admirantibus
 atque gaudentibus omnibus, baptizatus est.
 Hoc quàm diu vixit in ore habebat: CHriste
 accipe spiritum meum: cum hæc verba beatif-
 simi Stephani, quando lapidatus est à Iudæis,
 vltima fuisse nesciret: quæ huic quoq; vltima
 fuerunt. Nam non multò post etiam ipse de-
 functus est.

*Augustinus ibidem de tribus mortuis per inno-
 cationem S. Stephani prothomartyris, reser-
 scitatis.*

CAP. XI.

A pud Hipponem Bassus quidam Syrus *Vestis post at-*
 ad memoriam eiusdem martyris ora- *tactū SS. reli-*
 bat pro ægrotante & periclitante filia, *quiarū S. Ste-*
 eoque secum vestem detulerat: cū ecce pue- *phani defun-*
 ri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nun- *ctū Bassi filiū*
 ciarent. Sed cū, orante illo, ab amicis eius *resuscitatus.*

exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum disset, iam suorum eiulatibus personantem & vestem filia, quam ferebat, super eam proiecisset, reddita est vita. Rursus ibidem apud nos Irenæi cuiusdam collectarij filius, agitudine extinctus est. Cumque corpus iaceret anime, atque alijs gementibus & plangentibus, exequiæ pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum consolantium verba ingressus, ut eiusdem martyris oleo corpus pungeretur. Factum est, & renixit. Item quidam ad me veniens, S. Stephani portam agitudine exanimatum posuit infans filium suum: & post orationem, quam multis lachrymis ibi fudit, viventem revocavit.

Augustinus ibidem de varijs S. Stephani miraculis: item de Petronia clariss. femina eundem martyrem curata, deq. superius annuli cuiusdam gestatione, & miracula ca annulum patrato.

CAP. XII.

SI miracula sanitarum, ut alia taceam, do velim scribere, quæ per hunc martyrem, id est gloriosissimum Stephanum, facta sunt in Colonia Calamensi, & in multis plurimi conficiendi sunt libri: nec tantum omnia colligi poterunt: sed tantum de quolibet libelli dati sunt, qui recitarentur in populo.